

Heinrich Rahn

**Rector Universitatis Rostochiensis, Henricus Rhane, I.U.D. & Profess. P. Ad  
Exequias, Quas Viro ... Dn. Marco Hahnen/ Civi huius Reip. primario, Marito suo  
desideratissimo. Vidua parat moestissima. Cives suos in aedem Marianam ...  
vocat**

Rostochi[i]: Kilius, 1638

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777524678>

Druck    Freier  Zugang



Rhane, H.,  
in M. Hahn.

Rostock, 1638.







Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn777524678/phys\\_0004](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777524678/phys_0004)

DFG

RECTOR  
Universitatis Rostochiensis,  
**HENRICVS RHANE,**  
J. U. D. & Profess. P.  
*AD EXEQUIAS,*  
*Quas*

*Viro Integerrimo & honestissimo*  
**Dn. MARCO Hahnen,**  
Civi hujus Reip. primario, Marito  
suo desideratissimo.

*Vidua parat mæstissima.*

Cives suos in ædem Marianam ad  
horam dimidiam primam diligenter  
vocat.



**ROSTOCHI,**

Typis NICOLAI KILI, Academ. Typogr.

Anno M DC XXXIX.

RECTOR  
UNIVERSITATIS ROTSCHEIENSIS  
HENRICVS RANE  
LUDV. P. PROLEG. P.  
AD EXPOSITIUM  
OCTO

Qno Teneat etiam ea pugnare  
Dr. MARCO BAPT. PETRO  
Civis publice Recip. pugnatio M*erito*  
Ius de pugnatio.  
M*erito* pugnatio iustificatio  
Cives Ius si ad eum M*erito* pugnatio  
Hoc est quoniam pugnatio M*erito* pugnatio  
Auctor.



ROSTOCKI  
THEATRUM MICROGRAPHIA LIBRARY ACADEMIA THEATRUM  
anno 14 DEC<sup>RE</sup> 1777



Uotquot vesperam adimus, levaturi fessa laboribus ac vigilijs membra, eodem illo lecto, quo nos componimus, laxariq; incipimus in somnum & complacari, præcipimus simul mortalitatis nostræ solatium, fatiq; dulcedinem experimur. Sicut enim ipsius diei lux, etiam si cætera sint lata omnia, corporis attenuat vires, tandemque per vigiliam opprimit; ita sibi hæc vita gravis ipsa & damnosa est, deminuens quotidie aliquid de vigore, lentisq; hominem maxillis per quælibet annorum intervalla conficit. Accidit ergo, ut displicere nobis incipiamus, molestemq; sit ipsum solis iubar; nihil gratum vita acceptuque amplius est, quicquid etiam cordi nobis olim ac latitare fuerit. Scilicet, quemadmodum appetimus somni horam, ingruenteq; nocte, indignum existimamus, tam bonam temporis patrem sua lege defraudare; ita quoq; sentimus in nobis deficientem vitæ lucem, remediumq; lassitudinis non aliter, quam in somno requirimus. Tot seculis ista nobis constituit scientia, nec prophani ignota nec fidibus. Plato maximus Philosopho-

lo sophorum somnum nunc pustula lavare, imo  
separare quandam interpretatur; Gorgias Leon-  
tinus cum Homerū, mortis fratrem, Orpheus, so-  
rorem, alij, consanguineum ejus, nonnulli ipsam  
illius imaginem atq; ostentum habuerunt. Cyrus  
Major apud Xenophontem, peroratus ad filios,  
dum vitæ suæ clausulam ficeret, Nihil, inquit, vi-  
detis morti esse tam simile, quam somnum. Quid  
ergo est, Cives Academiz, atq; ut vos simul, o fu-  
nesti, appellem, quid in quā ell, quod horreamus  
præsentes ægrotationes, quibus conciliari solet  
passim ultima hora; cum quoq; quot cubitum  
secedimus, singuli mortem & quotidie indua-  
mus? Nō enim recurrentum nobis ad initia vita  
nostræ est, & ex iis philosophandum, scilicet  
quod

Nascentes morimur, finisq; ab origine pender;  
Et quod vita volat: quodq; omnia sint  
χρήσις, τείχα, Φάτνα, δέος Θ., πεινή, πλεονάτης, δύνασθε Θ..  
Ista commentatione nobis prorsus non opus est,  
qui absq; oratore, & ultiro somnū petimus, ipsa-  
que illa in requie laborum nostrorum solatia, &  
beatitudinem felicissimæ dormitionis, qua in  
CHRISTO comminiscimus, singulis noctibus  
vivi valentesq; occupamus. Neq; autem etat-  
rum nobis discrimina facienda sunt, ut rectius ac-  
quievisse rebus humanis existimemus, eos qui  
mini-

minimum earum transfigere per senectutem pos-  
sunt. Natura inclinamus in somnos, omnisque  
ætas isto desiderio tenetur. Tanto magis, quo  
plus augmenti ad vires quæq; depascit. Nulla igit  
nox sit hujus vitæ, quæ nos admoneat requiei  
ad alteram vitam? Quando autem ista solet dul-  
cissima nox esse, quæ in juventute nobis, floreq;  
ætatis contingit; quare aut juvenes illa aut viros  
non allicet spe futuræ dulcedinis? Et quidem  
*Cum nobis semel occiderit brevis lux, tum profecto*  
*libentissime sit ista.*

*Nox perpetua una dormienda.*

Cæterum non unius miseriæ est hæc mortalitas,  
quippe quæ, cum desinit, etiamnum affligit. Ut-  
cunq; enim mortuis eveniant læta feliciaq; o-  
mnia, in superstites dolor atq; ærumna manet. Et  
quis est nostrum, qui M A R C I Hahnen / Inte-  
gerimi honestissimiq; viri causa magnopere do-  
lendum existimet, postquā ille à Deo vocatus se-  
cessit in cubile, in dormitorium suum, redditusq;  
perpetuæ securitati est? Mors ipsi somnus cessit,  
eoq; dulcior, quia hesperus est futuræ resurrectio-  
nis, ad quam, ut evigilaremus, paullisper obdor-  
miendum fuit. Præcipue autem, quia cum fi-  
delibus cunctis lectus, in quo requiescit, ipsi J E-  
sus C H R I S T U S factus est, ex quo ad exemplum  
Lazari ejusdem voce omnes revocabimur. Qua-

L 13

re hic

et hic quidem tranquilla ac beata requies gratulationum nos magis admoneat, non querelarum. Sed ista afflictissima uxor, & quæ partu vicina, ac propemodum inciens ex mariti fato & dolores suos acuit, & vires attenuat corporis, domum a utem in majorem desiderii atq; luctus partem nunc infelicissima auget, alias atq; optima fœmina, illa est, cuius vicem dolere satis non possumus. Si quid autem precibus apud Deum valemus, agite, Cives Academiæ, exorabitus de cœlo firmitatem ac robur gravidæ, ut eniti vivam problem viva, infantibusq; liberis præesse diu alma nutrix & mater possit. Marito ejus, cui tam bene ac feliciter est, ut fidem capere ejus mortaliū nemo valeat, næniis planctuq; molesti non erimus, sed bonis verbis atq; ominibus favebimus.

*Antrula, bonula, blandula*

*Hospes comesq; corporis,*

*Cœlorum adisti nanc loca*

*Placidula, nitida, divula*

*Nec, ut solebas heic, doles,*

Suprema hæc sunt, quæ persolvere optimo Viro debuimus; finiemus autem, postquam nonnulla de majoribus, vita, & mortis genere dixerimus. Natus autem die Ascendentis Christi ante annos **xxxv.** Patre **BALTHASARE**, JOACHIMI Senatoris quondam apud nos & Camerarii prudenterissimi, ex **ELISABETHA SCHMIDIA**, filio, Matre,

Matre laudatissima foemina ANNA LUSCOVIÆ,  
MARCIILLIUS, qui J.U.D. Professor & Facultatis  
Senior extitit, & ELISABETH A KIRCHOFIAE,  
filia; quæ postea Viro Consultissimo Dn. ALBER-  
TO HEINIO J.U.D. Decretalium per XL. annos  
Professori, Facultatis & Amplissimi Ducalis Col-  
legii Seniori, secundum nupsit. Non opus est ti-  
tulorum præfationibus, multaq; laude, cum vir-  
tute sua omnes apud nos inclyti ac recentes sint.  
Quos etiam æmulatus per industriam nostrar fu-  
isser, nisi alio impulisset ingenium. Quapropter  
ad Batavos missus, addidit sese mercium studio,  
post in Gallias digressus, triennium ibidem con-  
secit, linguae ejus gentis expeditissimus; cumq;  
superioris Germaniæ maximam partem in redditu  
instrasset, redditus patriæ, cum pudicissima M A R-  
GARETHA STELMANS/ virginе sum lectissima,  
Prudentissimi Viri Dn. JACOBIS REIP. hujus Se-  
natoris, & MARGARETHA, ex optima PREN-  
GERIORUM & nobili a REDEN familia oriundæ,  
filia; Stipatâ tribus adhuc fratribus, Viro Am-  
plissimo Dn. JACOBOS, Præfecto apud Steinber-  
genses in Hollsatia Regio; Strenuo Doctissimoq;  
Dn. HENRICO, quondam Capitaneo, nunc præ-  
fecto Hilligenstadensi, & Integerrimo Dn. JO-  
HANN E Cive ac Mercatore Crempensi. Suscepit  
autem isto placidissimo conjugio quatuor libe-  
ri, AN-

ri, ANNA, MARGARETHA, ELISABET & HA&  
unicus BALTHASAR. Vita sic acta est, ut nisi a-  
mari à bonis omnibus non potuerit. Pietatis in  
**D**EUM & sacra omnia, cultus scilicet divini, cha-  
titatis in proximum, ad versus egenos animi libe-  
ralis, conscientiae in primis, & abstinentiae, quæ  
rara nunc in terris sunt, pertinacissimus. Quibus  
rebus effecit, ut inter C. viros, & Ephorus egeno-  
rum legeretur. Hisque muneribus ex publica,  
non sua re, cum laude tamen sua præfuit. Ante  
ostendū, quod minimè putasset, uti exitu cognitum  
est, lethaliter decubere incepit, quoad un-  
decimo hujus mensis in vera Salvatoris agnitione,  
inter preces suas & suorum, animam Creatori  
**D**EO reddidit. Meruit, Academix Cives, Viri  
probitas, ut officium diligenter & frequentes fa-  
ciamus, ornemusque ejus hominis exequias, qui  
Reipubl. suæ ornamento fuit. B. V. P. P.

14. Julij A. C. 1639.












Matre, laudatissima fœmina ANN  
MARCIILLIUS, qui J.U.D. Profess  
Senior extitit, & ELISABETH NÆ  
filia; quæ postea Viro Consultissi  
TO HEINRICO J.U.D. Decretaliun  
Professori, Facultatis & Amplissi  
legii Seniori, secundum nupsit.  
tulorum præfationibus, multaq;  
tute sua omnes apud nos inclyti.  
Quos etiam æmulatus per indu  
isset, nisi alio impulisset ingenium  
ad Batavos missus, addidit se se m  
post in Gallias digressus, trienniu  
fecit, lingua eis gentis expediti  
superioris Germaniaæ maximam p  
lustrasset, redditus patriæ, cum pu  
GARETHA Stellmans/virgine  
Prudentissimi Viri Dn. JACOB  
natoris, & MARGARETHÆ, ex  
GERIORUM & nobili à REDEN fa  
filia; Stipatā tribus adhuc fratri  
plissimo Dn. JACOBO, Præfecto  
genses in Holsatia Regio; Strenu  
Dn. HENRICO, quondam Capita  
fecto Hilligenstadensi, & Intege  
HANNE Cive ac Mercatore Cren  
autem isto placidissimo conjugio



the scale towards document

Image Engineering Scan Reference Chart TEF68 Serial No. 1035